



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Montis-Sereni Sive Lavterbergense

Mader, Joachim Johann

Helmeſtadi, 1665

De Andechs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11088

DE ANDECHS.

Temporibus *Adriani* Papæ hujus nominis I. *Desiderius* Rex Longobardorum perturbavit Ecclesiam Romanam, contra quem *Carolus Magnus* rogatu Papæ processit, belloque vicit. Hujus *Desiderii* filiam habuit uxorem *TASSILO* dux potens *Bavariæ* ideo & ipsum focerum suum *Desiderium* Regē juvit cum *Hunis* & aliis infidelibus contra *Carolum*. Vide inter hæc *Distinct. LXIII. c. Adrianus*. Porro *Carolus* capto *Desiderio Thassilonem* Ducem *Bavariæ* consanguineum suum (ni fallor patruus *Caroli* erat) privavit ducatu & intrusit eum ad monasterium inferioris *Alach*, una cum filio suo, quod ipse cum patre suo seniore *Thassilone* fundaverat: proinde *Carolus Magnus Pipino* filio suo commisit Ducatum *Bavariæ*, &c. Ex illo *Pipino* orta est stirps illa nobilis & vetus Comitum & Principum de *Andechs*, quorum castrum fuit inexpugnabile, ubi nunc est monasterium nostri ordinis dictum *Andechs*, sive *MONS SANCTVS*, vulgo *der Heiligeberg*. Ex dicta progenie sancti & viri & mulieres complures per succellum temporis exorti sunt & nati, quorum præstantiores sunt: *Conradus* Episcopus *Constantiensis*, *S. Henricus* Cæsar *Babenbergensis*, *S. Elisabeth* Lantgravia *Düringia*, *Hedviggis* sancta, matertera *S. Elisabeth*: *Mechildis* Abbatisa in *Ottelsteten*: *S. Otto* Episcopus *Babenbergensis*, *Arnulfus* Imperator, *Eufemia* Abbatisa in *Altenmünster*, *Rasso* &c. Hæc ex *Topographia Montis Sancti* transcripsi.

FVNDATIO MONASTERII
ALTHE.

ANNO Domini DCCXII. Pontificatus *Zacharia* Papæ sexti, monasterium *ALTHE* inferioris ex consilio *S. Birminii* *Meldensis* Episcopi, ab *Otilone* Duce, in honore *S.*

Mitt-